


Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas ... Dn. Johanni Schapero, Hervordia Westphalo Philosoph. Studioso. Hodie paratas volunt Populares. Cives suos in aedem D. Nicolai ... vocat : [P.P. VI. Sept. MDCXXXIIX.]

Rostochi[i]: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777432668>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.,
in
J. S c h a p e r .

Rost. 1638.




LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF ROSTOCK

PHYSIKALISCHES INSTITUT
PHYSIKALISCHES INSTITUT

PHYSIKALISCHES INSTITUT
PHYSIKALISCHES INSTITUT

PHYSIKALISCHES INSTITUT
PHYSIKALISCHES INSTITUT

PHYSIKALISCHES INSTITUT
PHYSIKALISCHES INSTITUT



RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQVIAS

Quas

Præstantissimo & Doctissimo

Dn. JOHANNI
SCHAPERO, Hervordiâ West-
phalo Philosoph. Studioſo.

Hodie paratas volunt
POPULARES.

104.

Cives suos in ædem D. Nicolai ad ho-
ram primam serio & diligenter vocat.



ROSTOCH,

Licentiæ NICOLAI KILII, Academ. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

104.

RECTOR

UNIVERSITÄT ROSTOCK
HENRIGVS RYANVS

J. U. D. & P. R. O. F. E. S. S. O. R.

DR. JOHANN
SCHAFER O. H. E. R. V. O. R. I. D. I. A. W. I. S. S.

Habitu parati solent

ROSTOCK

Dives suos in athen D. Nicolai ad ho
tam primam sententiam dicitur vocat.



ROSTOCK

167

ROSTOCK



Um undique locorum
turbatur, & omni West-
phalia bellorum savit
atrocitas, velut medio
comprehensa incendio
Hervordia, & nuper dimidium ur-
bis, tristi spectaculo amisit, & quod
reliquum est, ejus quotidie effert re-
liquias. Pereunt opes, domus, sacra,
profana omnia, ipsaq; se nunc minor
multo civitas, componit ad ultima
rerum suarum fata. Postquam enim
domi occumbunt singula, foris quo-
que spes deficiunt, & quotidie sepe-
liuntur. Quintus ordine Studiofo-
rum est, quæ creditum nobis patria,
per commune urbis nostræ malum
receptura non est, JOHANNEM SCHA-

O O O 2

PERUM

PERUM Philosophiæ cultorem stre-
nuum. Is cum superiore xxiii. Marti j,
proximè ex Lunæburgensi Scho-
la, quam per sexennium frequenta-
verat, ad hanc Academiam accessisset,
nupero hujus Mensis 1 v. ultimo no-
ctis intra tertiam & quartam pror-
sus desiit in hominibus esse. Brevi
admodum tempore, & cui tam pro-
lixas spes non donaverat. Nam &
gentis suæ morem secutus, literis e-
mergere ad fata, & patriam sibi qua-
rere volebat. Hoc unico præsidio
fortunæ injurias ulturus. Quæ post-
quam proruisset omnia, ut in sapi-
entiæ studia quoq; impetat, nondum
idem imperiū aut indipisci aut spe-
rare unquam possit, quale in opes
& cetera rerum caduca omni tem-
pore & jure quodam suo exercent.

Cete-

Ceterum, quod professioni non po-
tuit, homini fecit; istumque adole-
scentem exemit nobis, cujus amor ac
studium videbantur aetatem præci-
pue desiderare. Natus enim Patre
Doctissimo & humanissimo Dn.
HENNINGO, Cantore ibidem indu-
strio, Matre JACOBE Cbseß/ genitivū
quendam ad literas affectum & na-
turale desiderium afferre videbatur.
Animo similiter perquam harmoni-
co, & ab vocis modulatione, ipsiusq;
concentu Musices temperato. Ejus
enim artis inter cetera hoc emolu-
mentum, & quemadmodum jam
veteribus habitum, forsā inprimis
est, ut aurium delinimentis animi
quoq; leniantur, & tristes illi ac dif-
ficiles, agrestes simul horridiq; pror-
sus & inculti mores consonantia

O o o 3

qua-

quadam intervallorum bene informantur ac com-
ponantur. Unde demum *μυσικήτητι*, hoc est, se-
datissimi, numerisque omnibus absoluti homi-
nes appellationem suam tenerent, Nec licebat
nobis nisi perquam optime de isto adolescente o-
minari, Ita enim sese hic gerebat, ut conjicere
de futuris quam facillimum esset, Philosophiam
hactenus & linguarum studium secutus, absque
quibus praesidiis nihil unquam extitit docti ho-
minis, Quamquam nunc ea tempora sint, qui-
bus aut stultitia avertantur homines a recta stu-
dendi via, aut per rerum necessitatem prohibe-
antur. Illi vero ne commiseratione digni, gra-
vissimas undique voces merentur; quia cor-
ruptores juventutis ac simul posterorum sunt,
optimosque animos inani persuasione, & quae
consequitur, impudentia imbuant; ut earum re-
rum quoque rapere arbitria praesumant, quarum
tirocinia nunquam posuerunt. Experimur au-
tem quotidie, quantum decedat superioribus
studiis, postquam utriusque linguae autores tam
cupide negligimus, & nihil creditur ad progres-
sus faciendos aequae officere, quam recte initiari,
Ergo rivulis hinc inde obhaeremus, qui leni
mollique amne contendere ad rerum scientiam
poteramus, placetque nos ad quaecunque vada,
quam

quam in portum appellere. Ceteri studiosorum,
quibus publica jam calamitas imperat, ut quic-
quid obvium & in proximo sit, arripiant, degu-
stentq; id simul laudis tenent, quod iudicio in-
genia non destituantur. Temporibus enim sa-
pienter sese uti demonstrant. Quæ cum dein-
ceps totum non permittant, dimidium negare
non possunt. Ignoscendumq; est benè animatis,
si pro hoc rerum omnium turbine, in literis quo-
que à communi tumultu metuant simul ac pa-
tiantur, omnesq; dehinc ad tutelam corporis
rapti, primum existiment malum suum, non
ignorantiam boni, sed inopiam victus. Ad quæ
destinare omnia omnes ferme ordines impel-
luntur. Ita scilicet, nisi reddiderint pacem no-
bis, per quos tam improbe illa detinetur, fame
deinceps pereundum est. Quid ergo mirabimur,
si præsens noster, antequam operæ suæ ac stu-
diorum telam apud nos exordiretur, de iis se-
cum deliberaverit, quæ prima sint adversus dif-
ficultatem publicam præsidia, itaq; se literis ab-
dere cogitaverit, à quibus ad persequenda cete-
ra & sumtus foret & mollior aditus? Utinam
verò sequantur alii, qui nullo prorsus delectu,
feruntur, & non necessaria discendo, ea quæ ne-
cessaria sunt, ignorant. Foret equidem, ut, qui-
bus

bus rebus aliquando adhiberi cupiant, ijs etiam
præfici possint. Tanto magis publicam litera-
rum fortunam dolemus, quæ per bonorum ja-
cturam quotidie deterior fit. Nostra præcipue
Academia, quæ tot florentes spes suas intra bre-
ve tempus aut alio misit, aut penitus extulit atq;
sepelivit. Qui enim soli credebamur adversus
ruinam persistere, nunc eadem cum ceteris per-
pessi, solitudinem circa nos ingentem depre-
hendimus. Usque adeo morbi vis, & prohibet
à nobis, & fugat, & morantes perimit. Sed nunc
eundem est ad exequia ornatissimi illius juve-
nis. Quas ut paullo frequentiores velitis red-
dere, per communes literas, per innocentiam,
& placidissimum illum vitæ exitum, quo nuper
hic vester concivis inter vos esse desit, etiam
atq; etiam precor, B.V. P.P. vi. Sept.

∞ I, CXXXIIX.





quam in portum appellere. Ceteri
quibus publica jam calamitas im
quid obvium & in proximo sit, ar
sistentq; id simul laudis tenent, qu
genia non destituantur. Tempor
pienter sese uti demonstrant. Qu
ceps totum non permittant, dim
non possunt. Ignoscendumq; est b
si pro hoc rerum omnium turbine, i
que a communi tumultu metuant
tiantur, omnesq; dehinc ad tute
rapti, primum existiment malum
ignorantiam boni, sed inopiam vi
destinare omnia omnes ferme or
luntur. Ita scilicet, nisi reddideri
bis, per quos tam improbe illa de
deinceps pereundum est. Quid erg
si præsens noster, antequam oper
diorum telam apud nos exordir
eum deliberaverit, quæ prima sint
sicultatem publicam præsidia, itaq
dere cogitaverit, a quibus ad perse
ra & sumtus foret & mollior adiu
verò sequantur alii, qui nullo pro
feruntur, & non necessaria discen
cessaria sunt, ignorant. Foret equi

